seque ei obligavit, accipiens in beneficio — f. 120.
regias civitates Molhusin, Northusin, Sal- — molhußin northußin
feldt, et castrum Ranis cum confinibus — rauiß
fluvii Orla. Ceterum Conradus Mogun- — a/magutin. c.
tinensis archiepiscopus, quatuor a-
gens peregrinationis annos in trans-
marinis partibus, ille neutri denominato- — c/neutrus (tran)
rum regum consensum adhibuit.
Nam et Phillippum pro duce Swevie,
Ottonemque tamquam privatum ha-
buit: sacramentum vero illi ~~pervo~~ vero
factum, scilicet Constantino, Heinrici
imperatoris filio, numquam putavit
violandum. In brevi Conradus Ma-
guntinensis obiit, scilicet anno Do-
mini CC, et Philippus unum, scili-
cet Lupoldum Wormatiensem epis-
copum, eligebat, et reliqui Sifridum
de Eppinsteyn.

[Anno Domini M°CCI°. Sacerdos
quidam parrochialis, Andreas nomine
transfretavit ad terram sanctam; et
aliis peregrinis recedentibus, ipse cum
magna devotione in Jherusalem ~~pere-~~ pergit,
~~git~~ passionem Domini ibidem pera-
gens in festo Pasche. Tunc facto prandio
quidam in albo equo duxit eum de Je-
rusalem in Daciam, ipso die ante vespe-
ras. Ipse vero Andreas sedens retro sel-
lam, dulciter dormivit.] Circa idem tem-
pus, regnante Andrea rege Ungarie, qui- — d/quidā c.
dam Christiani, arte metallarii, audierant — c/ungario c.
in Ungaria vocem dicentem sibi: